



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Iudicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

80 Ignobilitatem suam liberè confiteri.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

4. Imitatus hoc nepos eius *Carolus V.* cum Imperio se vltro abdicasset, & in filium curas Regnorum cōtulisset. Secessit enim in Hispaniam, & in Diui Iusti Monasterio, 7. à Placentia militibus, se abdidit, cum 11. duntaxat familiaribus. Deo & quieti vacaturus; interdixit autem aliter se quàm *Carolus* appellari, *Cæsaris* atque *Augusti* nomina cum rebus animo exuens, & totum hoc honorari contemnens.

SIGNVM LXXX.

IGNOBILITATEM SVAM
libere confiteri.

1. **A** *Garboles Rex Sicilia*, figulo patre natus, ignobilitatem generis aperte fatebatur. Cum *Sicilia* potitus esset, Rexque declaratus, abacum suum fictilibus duntaxat instruebat, vel in *Aufonio*, vel in mensa fictilia vasa iuxta se ponebat, eaq; iuuenibus ostendens dicebat: Cum antea talia fecerim, (commonstratis fictilibus) nunc per vigilantiam ac fortitudinem talia facio, (commonstrans aurea.) Non puduit primam fortunæ, sed gloriosius exultauit Regnum in tutela partum, quàm si hæreditate obuissset. Nisi Regem nasci nihil magni est, at regno dignum præstitisse, maximum est. *Plut.*
2. *Augustus Cæsar* nihil amplius, quàm Equitibus familia ortum se scribit veteri ac locuplete, qua primus Senator pater suus fuerit. *Suet.*

Vide de
Superbia.